Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35536
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

dias. et in via exitus mei cum omni
militia celestis exercitu animam meam sus-
cipias. et participem tui regni facias. Q
cum deo patre: ~ Hymnus.
Crux fidelis inter omnes arbor
una nobilis nulla silua talem profert
fronde flore germine. Dulce lignum dulces
clauos dulce pondus sustinet. Crux:
Lange
lingua gloriosi prelium certaminis et super
crucis tropheo dic triumphum nobilem qua-
liter redemptor orbis immolatus vicerit. Dul:
De parent protoplasti fraude factor con-
dolens quando pomi noxialis morsu in mor-
tem corruit. ipse lignum tunc notauit dam-
na ligni vt solueret. Crux:
Hoc opus nre
salutis ordo deposcerat multiformis proditor
ars vt artem falleret. et medelam ferret inde
hostis unde lesserat. Dulce:
Quando venit
ergo sacri plenitudo temporis missus est ab
arce patris natus orbis conditor atq; ventre
virginali caro factus prodiit. Crux:
Vagit
infans inter arta conditus presepia membra
pannis inuoluta virgo mater alligat et pedes
manusq; crura stricta cingit fascia. Dulce: